Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5915
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">



Actus

301

causa accusaret a iudeis solutus eu et iussit sacerdotes venire
et omne consilium et producens paulum statuit inter illos Et cetera

Intendens autem Consilium paulus ait XXIII
Viri fratres. Ego omni conscientia bona conversatus sum deum
usque in hodiernum diem Princeps autem sacerdotum precepit as
tantibus ei paulo eius Tunc Paulus dixit ad eum Pa
bit te deus paries dealbate. Et tu sedens iudicas me secundum legem
et contra legem iubes me pauci. et cum astabant dixerunt. Summum
sacerdotem dei maledicis Dixit autem paulus Nesciebam fratres
quia princeps est sacerdotum. Scriptum est. Principem populi tui non maledicas
Sciens autem Paulus. quia una pars est Saduceorum. et alia pha
riseorum. exclamabat in Consilio Viri fratres. Ego pharisaeus sum
filius pharisaeorum de spe et de resurrectione mortuorum ego iudicor
Et cum hec dixisset. facta est dissensio inter pharisaeos et saducaeos et
soluta est multitudo Saducaei enim dicunt non esse resurrectionem neque
angelum neque spiritum. Pharisaei autem utrumque confitentur factus est
autem clamor magnus. et exurgentes scribae pharisaeorum pug
nabant dicentes. Nihil mali inuenimus in homine isto Quid si spus
locutus est ei aut angelus. Et cum magna dissensio facta esset. timens
tribunus ne discerperetur paulus ab ipsis iussit militem descen
dere et rapere eum de medio eorum ac deducere eum in castra. Sequenti autem
nocte assistens ei dominus ait Constanter esto Sicut enim testificatus es
de me in ierusalem sic te oportet testificari. Facta autem die
collegerunt se quidam ex iudeis et deuouerunt se dicentes. Nec manducabimus
nec bibimus donec occideremus paulum. Erant autem plus quam
quadraginta viri qui hanc coniurationem fecerunt. Qui accesserunt ad
principes sacerdotum et seniores et dixerunt. Deuouendo deuouimus nos.
nichil gustaturos donec occidamus paulum Nunc ergo uos notum fa
cite tribuno. cum Consilio ut adducat illum ad nos. tanquam aliquid
certius cognoscere de eo Nos uero priusquam appropinquet paratisumus antequam eum
Quod cum audisset filius sororis pauli insidias. uenit et ingressus in ca
stra nunciauit paulo Vocans autem Paulus ad se unum ex centu
rionibus ait Adolescentem hunc perduc ad tribunum. Habet enim
aliquid indicare illi. et ille quidem assumens eum. duxit. dixitque ad tribunum
Vinctus Paulus rogauit me hunc adolescentem perducere ad te. habentem